



DEDICATIO.

Ideam universæ Matheseos, anno 1669. primum editam, distractis exemplaribus, luci publicæ denudò comittere, desideria Philomatharum evincunt. Prior editio sub Tutelâ Generosissimi Herois, Dn. *Basilii Titelii*, Ducis & Gubernatoris Lipsiensis fortissimi, prodiit, qui primus Autor, idemque Doctor, olim mihi fuerat, artium mechanicarum speculationibus philosophicis jungendarum. Cujus informationis gratiam postea Fortissimi non minus ac Serenissimi Duces Saxonix, **WILHELMVS** Sapiens, & **ERNESTVS** Pius, Domini mei clementissimi, benignissimè continuarunt, quoties, Professioni Mathematicum in almâ Salanâ mancipatum, Astronomix gratiâ ad Se me vocarunt. Exercitium autem Artis Celsissimus Princeps *de Montecuccoli*, p. m. Primas Heroum, feliciter ita direxit, ut singularem ab *Inuictissimo Cesare* nostro gratiam hinc in me derivaverit. Adeò mechanica Mathesis, cujus specimina præsens Idea recenset, per meros apud me succrevit Heroas.

Æquum igitur non immeritò videtur, imò necessarium, ut Editionis etiam secundæ Tutela Heroi cuidam